

178





Dissertationes in hoc volumine contentae.

1. Positiones quaedam Juridico-Politicae dubias quas praesentavit Henrico Grosse, J. V. D. publico venientiam commissis Jacobo Clemens. Vratislaviae. Siles. Wittebergae.
2. Conclusiones aliquotae propositae a Daniele Kaval de, et defensas a Gottholdo Martini Forq. Heidelbergae.
3. Positiones et inculpatae tutelae, quas disputandas proposuit Leopoldus Haselmann. J. V. D. Resp. Bernhardus ab Arnim. Eq. March. Lips.
4. Dissput. et Factis, quam praesentavit D. Wilhelmus Schmueck et defendit Wilhelmus Müller. Hamburgi Lipsiae.
5. Dissput. ad l. Transigere. 18. C. et Transactionibus, quam Conradus Casp. Eovig J. V. D. Resp. Christiano Casp. Eovio Collic. Misn. Wittebergae.
6. Positiones ex eadem l. 18, quas placida collatae Lubicis Franciscus Romang. J. V. D. Resp. Christiano Brandenstein. Lipsiae.
7. Assertiones de Servitutibus realibus, quas examinandas proposuit Friedrichus Georgij. J. V. D. Resp. Philippo Lockmann. Dorv. nensi. Lipsiae.
8. Dissput. et dolo, quam praesentavit Valentinus Thiemero. de, publico examini subiecit Magus Holzer. Hannover. Zene.
9. Dissput. et Probationibus, quam praesentavit Conrado Casp. Eovio J. V. D. publico examini exhibuit Henricus Schabbeck. Wismar. Me., Gapol. Wittebergae.
10. Dissput. et Fidei Testamento, quam praesentavit Orosolpho Formanno. de. mis Johannes Christophorus Aremann. Zene. Zene.



77

77

4

XVII

XVIII

[Redacted area]





# DE RETROACTIONIBUS IN CONTRACTIBUS ET ULTIMIS VOLUNTATIBUS, ex Jure Civili & Canonico hinc inde collectas,

Comprobante celeberrimo Academia Lipsiensis Jurisconsultorum ordine, publicè examinandas &  
oppugnandas proponis

Wolff Erich von Brandenstein.

## THESIS I.

**U**m propter mutatam Imperii Romanici faciem, quæ nunc longè alia est, quàm tempore Justiniani fuit, multifaria res in Jure nostro, non satis illustrata & enucleata sint, occurrunt quæ ex argumentis legum dubitationem movent: quemadmodum etiam perobscurum & intricatum est negotium de RETROACTIONE, ut reat vile operæ precium me non facturum, si rem tam incertam in certas conclusiones aliquantisper cogam & redigam.

### II.

Quod dum facere aggredior, id negotii in primis mihi dari intelligo, ut investigem, ubinam potissimum sedem ponam suam in bipartito illo juris domicilio.

### III.

Perspicuè autem deprehendo, quòd intuitu rerum & casuum, quæ varietatem inducunt, maximè versetur & in contractibus, & in ultimis voluntatibus; ex quibus nonnulla seligam, quæ ad hoc meum pertinebunt institutum.

### IV.

Ad contractus quod attinet, facillè circa eos familiam duxerit celebris & difficilis illa quaestio de filiofamiliâs, qui sub conditione stipulatus, pendente adhuc conditione emancipatus est.

### V.

Neque enim de nihilo ambiguitas emerit, cui ex eâ causa stipulatio acquiratur, patrine, cujus potestati olim subiectus fuit, qui stipulatus est; an filio, qui existente conditione, cum primum obligatio nasceretur, sui juris esse reperiebatur?

### VI.

Quæ de re sic Paulus: si filiusfamiliâs sub conditione stipulatus, postea emancipatus fuerit, deinde extiterit conditio, patri actio competit.

### VII.

Quod utiq; rationem habet. Licet enim post emancipationem conditionalis stipulatio ipsi filio possit adquiri, neque ante conditionem quicquam esse videatur.

### VIII.

Tamen cum tempore stipulationis fuerit in potestate, reducitur obligatio, & patri actio competit, nec spectatur tempus, quo fuerit emancipatus, sed tempus contractus.

### IX.

Emptionis perfectæ varii sunt effectus, inter quos ille, qui resultat ex ejus periculo & commodo, videtur esse insignior.

### X.

De hoc effectu regula est: perfecta emptione ad emptorem etiam ante traditionem pertinere venditæ rei & periculum & commodum.

### XI.

Alia tamen natura est emptionis puræ, alia conditionalis: Illa statim perficitur ipsa conventionione: hæc impletâ demum conditione.

### XII.

Porro in conditionalis accuratè est distinguendum inter interitum totius rei, & damnum aliquod ejus. Hoc spectat ad emptorem; ille ad venditorem.

### XIII.

Causa cur damnum ante conditionis eventum emergens redundet in emptorem, est certa & manifesta, quia conditione eveniente retrahitur obligatio ad tempus contractus.

### XIV.

Cur verò interitus ad venditorem spectet, illud æquè obscurum non est, quia res, quæ periat, tradit amplius non potest.

### XV.

In materiâ pignorum valde illustris & subtilis est quaestio de Prælatione, in qua proverbialiter quasi jactatur: prior tempore, potior jure.

### XVI.

Prior tempore censendus, qui prior pignus consum-

mato jam perfectoque contractu, cui illud accessit, est consequutus, non is qui prior creditit vel contraxit.

### XVII.

Itaq; si convenit, ut mutuum pecuniam à me acciperes, pignusq; mihi constituisti vel traditione vel conventionione nuda: deinde cum Sejo contraxisti, puta emisisti ab eo aliquid, pignusq; idem in eam rem dedisti. Postea ego numero, Sejus me potior est, vindicabitq; etiam traditum mihi pignus.

### XVIII.

Quidni verò vindicet cum mutuum re, id est, numeratione, non conventionione contrahatur, & notissimi juris sit, quòd ille, qui pecuniam creditam accepturus spondit creditori futuro, in potestate habeat, ne accipiendo se ei obstringat.

### XIX.

Contrarium receptum est in creditore conditionalis: v.g. Locasti Cajo domum, sub eâ conditione, si Sempronius consul factus fuerit, pignusq; accepisti, vel pactus es, ut homo Stichus tibi pignori esset: deinde alius purè Cajo pecuniam creditit, pignore ab eodem accepto.

### XX.

Hoc casu dubium non est, quin jura te tueantur ad versus eum, cui postea quicquam deberi cœperit; licet conditio postea extiterit, & pendente eâ nulla nata sit obligatio.

### XXI.

Eveniente enim conditione retrahitur obligatio ad tempus contractus, atq; perinde habetur, ac si illo tempore, quo contractus sub conditione initus est, purè factus fuisset, si modò non ea conditio sit, quæ invito debitori impleri non possit.

### XXII.

Si quis ratum habuerit, quod gestum est, ambigere nemo possit, quin obstringatur mandati actione.

### XXIII.

Ita Ulpianus: Cui planè succinit Pontifex. Ait enim rati habitationem retrahit, & mandato haud dubiè comparari.

### XXIV.

Quo pertinet illud de Procuratore rem non mandante domino, sed sua sponte emente. Afferit enim J.C. possessionem prius domino non adquiri, quam ratam habuerit emptionem.

### XXV.

Item illud de filiofamiliâs citra patris jussionem pecunias creditas accipiente. Sancivit enim Justinianus, si pater postea ratum habeat contractum, eum virtute retroactionis reddi validum.

### XXVI.

Haecenus de reductione in contractibus. Consideranda nunc illa, quæ occupatur in ultimis voluntatibus.

### XXVII.

Ad has tantum non principaliter referenda aditio hereditatis, quæ licet post mortem fiat, tamen reducitur ad tempus mortis, & habetur, ac si statim à morte facta fuisset.

### XXVIII.

Eam verò reductionem summa urget necessitas, ne scilicet videatur testator tempore aliquo, puta intermedio, fuisse intestatus, postea testatus, quod jus nostrum non patitur.

### XXIX.

Deinde, ut ejus medii temporis commoda & incommoda in hereditate accidentia & emergentia heredi quoque obveniant, eumque contingant.

### XXX.

Vnde si quis uxorem suam in usufructu instituit, alio post mortem ejus herede instituto, si uxori supervivatur, existente hac conditione, hereditatem omnem consequitur, & retrò heres fuisse existimatur.

### XXXI.

Pupillarem substitutionem filio impuberi naturali factam per legitimationem principis post mortem patris confirmari plerique asserunt.

### XXXII.

Rectè! quia naturæ pristinae restituitur & juri legiti-

mo, quæ restitutio, quæ legitimatio trahitur retrò ad tempus nativitatis.

### XXXIII.

Aditio hereditatis similis hac in re est agnitio legatorum, quæ post aditam hereditatem facta retrahitur ad tempus aditionis, ex quo tempore legata omnia præstantur ac debentur.

### XXXIV.

Propterea legatarius, qui agnovit legatum, statim ab aditâ hereditate videtur legati dominium adquisivisse, & nullo momento in personâ heredis legatum constituisse intelligitur.

### XXXV.

Quod quidem ut in jure nostro receptum sit; non tamè video, quare vir eruditissimus absurditatis arguat Justinianum, ab herede legatum præstandum esse, constituentem.

### XXXVI.

Quid si repudiet legatum? tunc retrò intelligitur res legata ad quæ sita heredi per aditionem.

### XXXVII.

Sanè si legatam pecuniam heres credat, deinde legatarius eam nolit ad se pertinere; mutui datio ex postfacto confirmatur.

### XXXVIII.

Ecquid ita? quia præcessit hereditatis aditio, cujus virtus hoc operatur, ut accipiens à vero domino retrò accipisse rem intelligatur.

### XXXIX.

Multis multum negotii facessit legatarius conditionalis. Etenim si heres ob ea legata, quæ sub conditione dactæ erant, de pignore rei suæ convenisset, & postea eadem ipsa pignora ob pecuniam creditam pignori dedit, ac post conditio legatorum extitit, omninò tuendus ille erit, cui prius pignus est constitutum.

### XL.

Cujus rei operata ratio non est, quoniam impleta conditione perinde habetur legatum, ac si ab initio purum fuisset, & deberi cœpisset statim à morte testatoris, ut tunc quoq; pignus & hypotheca contracta existimetur.

### XLI.

Neque verò in pignore conventionali duntaxat ejusmodi retroductio est approbata, sed & in prætorio, si nimirum herede non satis præstante legatarius inductus est in possessionem bonorum defuncti, licet adversarius illius ex causa judiciali ejusdem rei pignus occupaverit.

### XLII.

In donatione mortis causa contentiosum funem Interpretes hac atq; illac deducunt.

### XLIII.

Sed obtinuit, eam inter conjuges factam, & morte insecuta perfectam, reduci ad tempus, quo fuerat interposita, id est, fingi & haberi, quasi perfecta esset statim tempore eo, quo fuit facta.

### XLIV.

Necesse tamen est eam ita fieri, ut res statim fiat accipientis. Etenim si non statim, sed post mortem demum donatoris fiat donatarii, retroactioni locus non est.

## COROLLARIA.

### I.

Idem jussor in durioribus causis acceptus nec eatenus obligatur, quatenus obli-

### II.

debitor obligatur.

### III.

Venditor ad tradendam rem venditam præcisè cogi potest, si modò ejus tradenda facultatem habeat.

### IV.

Si plures coheredes fundum hereditarium communiter vendant, teneri singulos præstare emptori cautionem evictionis in solidum, Spira judicatum fuisse, testatur observationum scriptor celeberrimus. Quid si dicerem hoc neque juri, neque aequitati consentaneum videri?

### In Brabeuterio Jurisconsultorum 26. die


Novembr. horâ septimâ matutinâ.



DE RE PRODUCTIONIBUS  
IN CONTRARIIS

17

17



Text in the left column, partially obscured by bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs, with some lines appearing to be numbered or sectioned.

Text in the right column, also partially obscured by bleed-through. It continues the narrative or technical description from the left side of the page.

Text in the left column, continuing the content from the top section. The text is dense and appears to be a detailed account or a list of items.

Text in the middle column, continuing the content from the top section. The text is dense and appears to be a detailed account or a list of items.

Text in the right column, continuing the content from the top section. The text is dense and appears to be a detailed account or a list of items.

Text in the left column, continuing the content from the top section. The text is dense and appears to be a detailed account or a list of items.

Text in the middle column, continuing the content from the top section. The text is dense and appears to be a detailed account or a list of items.

Text in the right column, continuing the content from the top section. The text is dense and appears to be a detailed account or a list of items.





DE RE  
IN CONTRACTU

ex libro

Contractus

THESES

Um propter naturam Imperii Ro-

mani factum, quod non longe sit, quia

tempore Juliano sit, manebit et in

hunc usque non immutabitur & cruciat

et hinc, occurrunt quae et argumentis se-

gum dabitur non movere: quibusdam

dum etiam probetur de iustitiam et negotium de

RETROACTIONE, ut tunc vlt. opera precium

me non siturum, si non tam factum in extra con-

flones adunantur cogam et redigam.

II

Quod dum facere agitator, id negotii in primis in-

hi tam intelligo, ut vestigium, ubi non possunt





153709

AB: 153709

X2615956

Retro ✓

VD17





